

eodem modo anima post a Deo creationem suam est perfecta & completa substantia, licet cum corpore copuletur sive non copuletur (2) sicut Angelus suas operationes retinet corpore assumpto distinctas, easque citra concursum exercere valet, simili ritu anima habet suas distinctas a corpore operationes ad quarum exercitium corpore non alias ut organo indiger (3) Angeli essentia salva & integra si corpus assumptum rursus deponat, eodem modo anima rationalis corpore suo destructo inque pulverem converso salva, & incolmis existit, omnesque operationes suae spirituali naturae homogeneas, plene & perfecte in suo statu, quo a corporis nexu soluta exercet, (4) anima in corpore tanquam in carcere habitat, & ex eo liberationem suam, cum gemitu & suspirio optat, juxta Pauli effatum Epist. ad Rom. VII. 24. Et in quo carcere tanquam violentam mansionem patitur Epist. ad Rom. VII. 23. quæ loca scripturæ sati ostendunt, quænam illa unio animæ cum corpore sit, ut itaque frustra in scholis philosophicis de modo nexus inveniendo inter corpus & animam desudent & digladiantur. Clademus hunc nostrum discursum verbis, quæ habet Hermes in pæmandro, Exue inquit, corpus istud, quod circumfers, vestimentum ignorantie, fundamentum pravitatis, vinculum corruptionis mortem vivam cadaver sensibile, sepulchrum portatile, domestum furem: blanditur, quia odit, odit quia invidet: dum vivit, vita te privat, non est capitalior hostis tibi. Illa, cuæ Hermes hic habet Paulus brevi inclusit dicto, corpus nostrum, corpus mortis vocans. Anima a corpore separata in quo vixit, cum corpore suo unionem statu quo fuit in hoc mundo rursum non desiderat, nisi corpus sit glorificatum, & ab illa impura peccati, & calamitatum colluvie lueque sit liberatum ceterum rursum tam fætidum carcerem torque miseriarum faro obnoxium, & peccati contagio infectum ingredi renuerit. In quo sub iugo crudeli cum gemitu ad sui liberationem vixit, ac

D 3:

recla-